





INDEX DISSERTATIONUM ET TRACTATUUM  
Borchensis hoc volumine contentorum.

- m. 1. J. C. Santorocci Duodecima Disputa. in Act. C. 1. v. 1-4
2. Butemegisteri Omnis Luce horum in Iis. scfi aufztrifft,
3. vnum Opus h. Almijfricofm. Act. 1. v. 1. — n.
3. J. C. Danhauer. de errore discipulor. Xvi. circa regnum Des,  
Sic mundanum. Act. 1. v. 6.
4. J. Kühnig de permisie et morte Iudee. Act. 2: 16. — 20.
5. J. Fechius de restaurative regni Israëlis. Act. 1: 6.
6. Sam. Andreae de vestigis pedū Christi in monte Oliveti. Act. 1: 12.
7. N. Gundling. de effusione Spiritus S. Act. 2:
8. J. C. Bohner de Festo Pentecostes. Act. 2:
9. J. Musaeus de Christo ex mortuis resuscitato. Act. 2: 24.
10. J. J. Hötinger. de resurrectione Christi. Act. 2: 24.
11. D. Clodius de Messia ad destruam Beii. Act. 2: 34.
12. P. L. Hannekenig de Baptismo primarum Chiladium ab  
Christum conversarum. Act. 2: 38.
13. F. E. Meijfs. de Baptismo. Act. 2: 38.
14. J. G. Janus de liturgia Ecclesie Evangelica, liturgia Apolo,  
littera conformi. Act. 2: 42.
15. J. Fechii Examen horum ruricorum Evangeliorum in alumnorum  
Mirabiliusq; alterum Examen. Act. 3: 1-1.
16. Sam. Andreae de limitib; obsequii humani. Act. 5: 29.
17. J. Langii epieresis in judicium Gamalielis. Act. 5: 38, 39.
18. Mart. Chiladienig de Oroproposito ex Epistola Gamalielis vii  
Alandis, Act. 5: 39.
19. R. Rus de Abrahami evocatione ex Mr. Act. 7: 3, A.
20. J. Schmid. de numero familiæ Jacobæ descendenter in  
Egyptum. Act. 7: 1A.

## Num.

21. J. v. Bashuyser de Mose, regni Egypciaci Candidat. Act. 7:  
 22. J. F. Mayeri Litterariorum, num Moses Egypcius justè interfecit.  
 23. J. I. Schröder de rubo ardente, et non cōburente. Act. 7: 30. —  
 24. M. F. Cramer, de MOZOCHO, Ammonitare. idolo. Act. 7: 43. —  
 25. I. Fechtig de apparition. Xii post ascens. ipsius factis. Act. 7: 55.  
 26. I. F. Mayer, de capiditione Stephanii. Act. 7: 57. — 59.  
 27. I. C. Kirchmeier de die 31ia, q. Xli resurrexit. Act. 10: 40.  
 28. G. H. Goetz. de annihilatione judic. extremi à Xto et. Act. 10: 42.  
 29. G. Weyener de ordine Salutis et. Act. 13: 48.  
 30. I. G. Dorschæg de Sanguine et suffragio ad Act. 15: 20.  
 31. G. G. Tilius, de Polygamia, incestu et Divorsio, Act.  
 32. L. Müller, de eloquentia Apollonis 3 ad Act. 18: 24. seqq.  
 — Idem de eodem Thema te ~~et~~  
 33. I. J. Pfizeri Apollo, Doctor Apostolicus. Act. 18: 24. — 28  
 34. S. I. Alpinus de duplice Baptismo discipulorum Ephe. Act. 19: 1. —  
 35. E. Silberrad de Curiositate. A. 19: V. 19.  
 36. I. C. Polese de magna Ephesiorum Diana. Act. 19: 28, 34.  
 37. I. G. Neuman, de nexo et discerim. donor. gratia. Act. 26: 17,  
 38. I. H. Schram. de eruditissim Pauli Apostoli. Act. 26: 24.  
 39. I. Chr. Böhmer. pyram. ad orat. de Sacra D. Pauli eloqua  
 tia habendam.  
 40. P. Adolphi Boyson. Eclogæ Archaeologicaæ ad difficile  
 Pauli iter. Act. 27. V. 9. seqq.

1  
2  
DISPUTATIO PRIMA,  
QUA  
ACTA  
S. APOSTOLORVM  
EX SCRIPTORIBUS ANTIQUIS,  
MAXIME PATRIBUS ECCLESIASTICIS,  
ET AUCTORIBUS CLASSICIS PROFANIS GRÆCO-  
ROMANIS ILLUSTRATA,

JOAN. CASP. SANTOROCCUS,  
Profess. Ordin. Antiquit. Græco-Romanarum, Pæ-  
dagogearcha, & p. t. Facult. Philos. Decan.

P R A L S E S.

E T

JOANNES BRÜNINGS, Bremanus,  
Studiof. Phil.,  
R E S P O N D E N S.

Publicæ & placide Dnn. Commilit. disquisitioni b. l. f.  
ad diem XXIX. Januar. MDCCXII.  
subjiciunt.

IN ACADEMIA MARBURGENSI,  
Typis JOHANNIS KURSNERI, Academ. Typograph.

Magnificis, Excellentissimis, Am-  
plissimis, Consultissimis  
LIBERÆ IMPERIALIS REIPUBL.  
**BREMANÆ,**  
**DN. PRÆSIDI,**  
**DNN. CONSULIBUS,**  
**DNN. SCHOLARCHIS,**  
**DNN. SYNDICIS,**  
**DNN. SENATORIBUS,**

Dominis, Fautoribus, ac studiorum  
Iuorum Promotoribus,

*Dissertationem hanc eā, quā par est observantia  
D. D. D.*

**JOANNES BRÜNINGHS,**  
Bremanus, Stud. Phil. Resp.



J. N. D. A.  
**ACTA SANCTORUM**  
APOSTOLORUM EX SCRIPTORIIS  
BUS ANTIQUIS SACRO - PROFANIS MAXIME  
EX PATRIBUS ECCLESIASTICIS ET AUCTO-  
RIBUS CLASSICIS GRÆCO - ROMANIS  
ILLUSTRATA.

PRAEMONITA.

§. I.

Mnes artes, inquit (a.) M. T. Cicer-  
ro, (b) cœlestissimi ingenii Vir,  
que ad humanitatem pertinent, ha-  
bent quoddam commune vincu-  
lum, & quasi cognatione quadam  
inter se continentur.

§. II. Id, quod Cicero de arti-  
bus ad humanitatem pertinenti-  
bus hoc in loco honorificè & gra-

A

viter

(a.) *M. T. Cicer. in Orat. pro A. L. Arch. Poët.*

(b.) *O. Borrich. Cogitat. de var. Lat. Ling. erat. pag. 1.*



**ACTA APOSTOLORUM**

Premonitio.

viter prædicat, certò etiam respectu de quibusdam studiis Theologicis, Philosophicis & Philologicis ex parte affirmare licet. Habent enim hæc studia in genere arctum quasi nexus, atque peramicè in multis inter se se conspirant.

**§. III.** Nemini itaque, qui in hac nobiscum est hæresi, mirum videbitur, si ob causam nexus hujus & vinculi locutiones quasdam & observationes ex auctoribus antiquis sacro profanis, maximè Graeco-Romanis in medium protrulerimus, ut per nonnullam quasi collationem idiomatum, rituum & testimoniorum priscorum facem aliquantam textui Novi Testamenti Graeco præferamus.

**§. IV.** Non dubitamus quidem, fore plerosque, qui hoc nostrum scripturæ genus levissimum, nec satis dignum Christianorum virorum personis judicent, quum relata legent

*Sacra mixta profanis.*

Quærent forsitan cum (c.) Martiali epigrammatum aucto-  
re acutissimō :

*Quid tantum fecere boni tibi pessima vina?*

*Aut quid fecerunt optima vina mali?*

**§. V.** Sed erunt fere hi, qui nihil rectum putabunt,  
nisi quod ipsorum Patribus systematicis & commentatiis  
concionatoriis conveniat. *Habent hi scioli suffici,*

(d.) *Quia tam gaudent in se, tamque se ipse mirantur,*  
(ut cum (e.) Lepidissimo Comico loquar) *nobis quod, dum  
vivant, usque ad aurem obganniant:*

*Non*

(c.) *M. Val. Martial Lib. I. Epigr. XVIII.*

(d.) *Caj. Val. Catul. Epigr. XXII. ad Varrum.*

(e.) *M. Terent. Phorm. Act. V. Scen VIII. v. 4.*

(f) Non amo te .... nec possum dicere quare,  
Hoc saltem possum dicere; non amo te.

Desinant autem gannitibus suis improbis lacescere, (g)  
malefacta ne noscant sua, quæ haud multò labore uni-  
verso coram orbe eruditio exponere possemus.

§. VI. Præterea nec opus est verbis, cum (h.) Au-  
torum probatorum adsint testimonia, qui suo exemplo  
institutum nostrum præsens, quo *Novum Testam. Grac. ex  
Auctoriis Antiquis maximè profanis Greco-Romanis illu-  
strare volumus*, comprobant.

§. VII. Existunt forsitan, qui objicent, nos hac ratio-  
ne conatos fuisse

(i.) *Magna modis tenuare parvis.*

Respondemus: nos omnia illorum subjecere judiciis, qui  
ex (k.) *Cornelio Nepote didicerunt, non eadem omnibus  
esse honesta atque turpia, sed omnia senioris rationis insi-  
tutis judicari debere.* Addimus & illud (l.) *Augustini à  
Mullero metrice expressum:*

## A 2

## Agg.

(f.) *M. Val. Martial. Lib. I. Epigram. XXXII.*

(g.) *M. Terent. Prolog. in Andriam. v. 23.*

(h.) *Vid. Voss. de ß dol. Gent., Pfanner System. Theol. Gent.  
Bogam. Homer. Hebraiz., Gataker, Crit., Mori, Doug-  
tei, Knatchbul, Crauser, L. Bos, &c. notas & illustrat. in  
N. Test., ß ac. Dupont. Gramolog. Homer., Bezam &  
Schmid. in N. Test. item Raphelium ex Xenoph., ut &  
Auctores biblior. Critic. in Nov. Test. qui omnes scripto-  
res antiquos in interpretat. suis adhibuerunt. Confer et-  
iam Clar. ß. Frid. Homberg & Bach ß. U. D. & Prof.  
jur. Ordin. Collegio nostri Honoratiſſ. IMPERTA SACRA.*

(i.) *O. Horat. Flac. Lib. 3. Carm. Od 3. vers. 72.*

(k.) *Cornel. Nep. vit. Excellent. Imperat. in prefat.*

(l.) *ß. Fechtio citante in Prefat. ad Raphelii annot. ex Xe-  
noph. in Nov. Testam.*

¶ ACTA APOSTOLORUM

Pramonitio

*Ægyptia*

Sunt vasa, ( sc. Auctores antiqui profani ) piosq; vertuntur  
in usus.

§. VIII. Absit tamen, absit, inquam, ut neglecta di-  
vini Numinis reverentiâ scriptores N. T. sacros cum pro-  
fanis tali modô calamus meus commisceat, ut inde sa-  
cerdam scripturam,

(m.) Atque alia parte in trutinâ suspendat Homerum  
cum reliquâ Auctorum profanorum farragine.

§. IX. Misis igitur his aliisque ambagibus ad ip-  
sum veniamus propositum, ut ea, quæ §. III. anteced. pol-  
liciti sumus, pertractare incipiamus.

§. X. Quantum verò spectat ad objectum propositi  
nostrî, elegimus ACTA SANCTORUM APOSTO-  
LORUM; utpote stylô Græcô puriori & nitidiori con-  
scripta. Habemus hâc in replures nobiscum conser-  
tientes, nominatim (\*) Episcopum Stridonensem, qui ita  
inquit: *Lucas magis Gracas literas scivit quam Hebreas,  
aut etiam penitus eas, ut proselytus ignoravit, & inde SER-  
MO ejus GRÆCUS, tam in Evangelio, quam in ACTIS  
comptior est, & secularem redolet eloquentiam.* Certè Lu-  
cas tantò verborum nitore, tamque suavi sermonis Græci  
proprietate non solum in Evangelio suo Christum ejusque  
Matrem Mariam ita descripsit, ac si viuæ Christi & Mariæ  
imagines graphicè essent depictæ, sed etiam in ACTIS con-  
ciones, miracula & reliqua gesta Apostolorum tam lucu-  
lenter commemoravit, ut eosdem universæ Ecclesiae spe-  
ctandos exhibuerit multò expressius, quam si viyas ipso-

rum

(m.) D. J. Juvenal. Aquin. Satyr. VI. Vers. 435.

(\*) Hieron. in Cap. VI. ref.

runt *imagines* artificiosissimō modō in tabulis colorib⁹  
repräsentavisset. Atque hæ vividæ quasi descriptiones  
videntur effecisse, ut (\*\*\*) NICEPHORUS, (\*\*\*\*) *auctor*  
*vaniſſimus, fuliſſimus & fabuloſſimus*, cum fortè in qui-  
busdam vetustiorū legerit, Lucam posse nuncupari Picto-  
rem, (*impropriè scil. subintellige ob expressius ſtyli zenus*)  
statim pro more ſuo ampulletur & fabuletur, LUCAM  
fuisse *Pictorem*. Ita enim inter alia locis h̄ic infra citatis  
ſubjicit: Φασὶ δὲ αὐτὸν πρότιον τὴν Χρυσὴν ἐπόρα καὶ θεῖαν ἀνθέ-  
θεοποτὸς τεκόντος ἐπ δὲ καὶ λόγον κομψόν οὐτοσόλων διὸ Ζωγράφος  
ἰσχαρίος λέγεται, καὶ τοῦτον εἰς πάσαν τὴν ὁμοίων τὸ Ιουνίου εἰσελέ-  
γει πάντας τοὺς ἐργατικῶν ζητῶντας, i.e. evertente J. Langio, Ferturis  
(sc. LUICAS) quoque CHRISTI & matris [sc. MARIAE]  
que cum, uti Deum decebat, genuit, atque principum APO-  
STOLORUM effigiem pingendi arte adumbrāffe, unde  
in omnem deinde orbem habitabilem tam venerandum &  
pretiosum opus eft illatum. Quante autem Nicēphorus fit  
auctoritatishac in re, I. ex verbis Casauboni paulo antē in  
hoc paragrapho X. allatis appetat. II. Ex (\*\*\*\*) Maldo-  
nato: *Quantum, inquit, auctor ipse scil. NICEPHORUS*  
*mereatur fidei, ab aliis estimari malo, quam à me dici; mihi*  
*semper audacior eft viſus.* Nec nos ipſi Nicēphoro affen-  
tire hoc in capite possumus. Nam (1.) nec in Actutim A-  
postolicorum adhuc ſuperstitibus vestigia certa ſupersunt,  
unde piſturas Chriſti, Maria & principum Apoftolorum ab  
ipſo LUCA profectas verè cognoscimur. (2.) Nullus ali-

[\*\*] Nicēphor. *Hiftor. Ecclef.* Lib. II. Cap. 43. Lib. VI. Cap. 16.  
Lib. XIV. Cap. 13. Lib. XV. Cap. 14.

[\*\*\*] Sunt verba Casauboni ex I. Exercit. ad Baron. Cap. 12.

[\*\*\*\*] Maldonat. *Prefat. in Luc.*

## ACTA APOSTOLORUM

Pramonitio

us è sex, vel si mavis cum aliis, è novem prioribus post natum Christum seculis, quoad longissimè respicere possumus, scriptor authenticus adduci potest, qui hanc pieturam mentionem fecit: Utut nonnulli post annos octingentos in certaminibus imaginariis primam laudem captaverint, & quæcunque obtenu Veritatis alicujus proponi poterant, sollicitè passim compilaverint. Plura contra Nicephorum, ejusque asseclas non addemus. Colligere saltè hinc possumus, quām falso & vanè Pontificis de Luca pictore, deque pictis ab ipso imaginibus Christi, Mariae & Apostolorum gloriantur. Mitramus itaque hanc controversiam, & incipiamus opus ipsum ACTUUM APOSTOLICORUM, opus, inquam, præclarum ac prorsus Evangelica tum majestatis, tum fidei, COMMENTARIIS PERPETUIS CRITICIS seu PHILOLOGICIS maximè ex quadam quasi collatione idiomatum, rituum & testimoniorum priscorum de promis auxiliante divini spiritus gratiâ, nonnullis in locis illustrare  
Vid. anteced. §. III.

§. XI. Inscriptiones seu Citationes hujus libri apud antiquos fuerunt admodum variæ, c. gr.

(n.) ΒΙΒΛΩΣ seu ΒΙΒΑΟΙ ΤΩΝ ΠΡΑΞΕΩΝ.

(o.) Ἡ ΙΑΝΝΗ ΠΡΑΞΕΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑ.

(p.) ΤΟ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ ΣΥΝΤΑΓΜΑ.

(q.)

(n.) Canon. XVI. sext. Concilii in Trullo.

(o.) Nyssen, adversus Eunomium: Qui ita inquit: Καθάπερ εἰ τῆς τὸν Πριγκίπεων Ισοπλας εἰμύδουιν.

(p.) Scriptor Vitæ S. Theodæ eo nomine hunc librum adducit dicens: Οὐσιαὶ δύναται ὁ μακάριος καὶ θεοπέπιος Δυνάμης φανεται πεποιηκώς, ἐπὶ τοῖς Ἐνσυγχρόνοις, ἐν τε τῷ φελλῷ τῶν ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ ΣΥΝΤΑΓΜΑΤΙ, περτάξεις τοις Θεόφιλοις, φέρει τὴν πάγια τὰ σύνθετα διδόνειται διὰ τοῦ γραφήν.

(q.) LIBER PRAXEON.

(r.) ACTA & ACTUS.

(s.) LIBER APOSTOLICA CONTINENS  
GESTA.

Hæ atque alia similes fuerunt hujus libri *Inscriptiones: ex.*  
gr. ΠΡΑΚΤΙΚΟΝ, ΠΡΑΚΤΙΚΑ, ἈΚΤΑ, ΠΡΑΞΙΣ seu ΠΡΑΞΕΙΣ  
ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ, &c. Mirum itaque nemini  
videbitur, quod ipsis hic liber ab antiquis tam varie addu-  
catur.

ſ. XII. Ex omni harum *Inscriptionum* genere, quæ  
modo ſ. XI. anteced. commemoravimus, extat hodie in  
plurimis Novi Foederis Codicibus Græcis *Inscriptio illa:*

ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

ſ. XIII. *Inscriptio hac*, & imprimis vocabulum  
ΠΡΑΞΙΣ, ex fontibus Auctorum Græcorum diversè ex-  
poni potest, quia πράξεων significatio apud Gracos patet  
latissime.

I. ΠΡΑΞΙΣ est idem, quod Latinorum *Sors* seu *Conditio*,  
c. gr. (t.) Πράξης ή εἰσιτηρία προκλητι, i. e. Deflet *soritem*  
seu *conditionem* suam (u.) οὐκ εἴδα τὴν σὴν πράξιν, i. e.  
Non novi tuam *soritem*. Atque hoc modo πράξεις τῶν  
ἀγίων Αποστόλων continent Librum seu Historiam tra-  
stantem de variis casibus & discriminibus Ecclesiæ  
Chri-

- (q.) Hilarius ad Matthæum: nam sicut libro Præxon continetur.  
(r.) Et quidem interdum singulari numerō: Actus, c. gr. Prosper,  
de Predic., part. 3. Ut testatur Actus Apostolorum. Alias  
etiam in plurali, quod minus novum.  
(s.) B. Hieronym. ad 23. Jobi: Super qua re nos Canonicus liber  
N. Test., qui Apostolica continet Gestæ, sufficienter instruxit.  
(t.) Herodot. apud H. Stephan. Thes., ling. Grac. Tom. III. p. 526.  
(u.) Sophocles in Agage Flagelliferō.

ACTA APOSTOLORUM.

Premontia.

Christianæ tempore Apostolorum, postquam Do-  
minum nostrum Jesum Christum (v.) regnū uirginis  
Sæc. Tercii dicitur, auctoritate.

II. ΠΡΑΞΙΣ in numerō multitudinis seu plurali sive ad-  
jectione ullius epitheti significant peculiariter (vv.)

Publica negotia, Græcis alijs dicta; τακτικαὶ πράξεις.

Inscribitur itaque hic liber πράξεις, velut olim a-  
pud gentiles NB. ACTA PUBLICA appellabantur  
ea scripta, quibus ratio gesti imperii & administrata  
reipublicæ constabat.

Quem enim later, in hoc libro Actorum Aposto-  
licorum veritatis Christianæ historiam & doctrinam  
irrefutabilibus exemplis satis luculenter explanari?

III. ΠΡΑΞΙΣ nonnullis in locis est Res acta sive gesta,  
maximè in numero plurali πράξεις sunt Res gestæ, aut  
etiam uno verbo (x.) Gestæ, qua significatione quoq; uti  
hic aperte possumus, interpretantes Inscriptionem Græ-  
cā; πράξεις ἐγινόντων ἀποστόλων, i.e. Gestæ sanctorum Aposto-  
lorum. Nonne enim per hunc librum clarè cognosci-  
mus,

(v.) Act. Apost. Cap. I. vers. 9.

[vv.] Aristoteles apud H. Steph. Thes. G. L. Tom. III. pag. 525.

NB. Frequens occurrit mentio ACTORUM apud Historicos  
cum profanos, tum sacros. ACTA autem Romanorum  
erant duplia: (1.) ACTA Senatus, alio nomine Commentarii  
Senatus; quicquid enim in Senatu & apud Patres agebatur,  
velut in Ephemerides redigebatur. Cujus instituti Auctor  
fuit C. J. Casar, teste C. Sueton. Tranquil. in illius vita. C. XX.  
Et (2) erant ACTA populi, dicta ACTA PUBLICA: & in  
his continabantur res rationesque populi, Judicia publica,  
Comitia, Aedificia, Nativitates, Mortes, Matrimonia, Divor-  
tia &c. Consule Levin. Törrent. in Sueon. vit. Tiber. Cas.  
Item. Job a Choquier de Surlet. in Fac. Histor. Centur. I. pag.  
168. Cap. LXXXVI.

Pramonita. SANCTORUM ILLUTSRATA.

mus? ex. gr. Quibus modis Christus reliquerit terras? Ubi, quo loco, quo modō advenerit promissus ille Spiritus? Quibus initis cœperit Ecclesia? Quibus rebus polluerit? Quibus creverit rationibus? Quæ GESTA fuerint Apostolorum? Nonne hic liber, (ut brevis sim) complectitur veluti præci-  
puos quodam publicos *commentarios & annales*, ad quos & initio dirigi, & nunc revocari Ecclesiæ Christianæ administrationem maximè oportuit? Utinam itaque, non sine causâ (1.) *Vir doctus exoptat*, S. LUCAS, quemadmodum (scil. in *Actis Apostolorum*) hanc narrationem exorsus erat, ita longius fuisse prosecutus, ac de cœterorum item Apostolo-  
rum GESTIS nonnihil attigisset!

¶. XIV. Satis superque de vocabulo πράξεις dictum: plutes alias interpretationis formas addere jam non amplius lubet. Quærerit autem, quare hic liber inscriba-  
tur potius ΠΡΑΞΕΙΣ τῶν ἀγίων Ἀποστόλων, quam ΘΑΤΜΑΤΑ τῶν Ἀποστόλων, vel ΣΗΜΕΙΑ τῶν Ἀποστόλων, vel etiam ΔΥΝΑΜΕΙΣ τῶν Ἀποστόλων? Discamus hoc ex (2.) CHRYSOSTOMO, qui fusè ad hanc quæstionem respondit. Imprimis etiam

B

illud

(y.) Erasm. Roterod. *in Act. Apost. Cap. I.*

(z.) Chrysostom. Homil. XLII. Tom. V. pag. 277. Οὐ τὸ  
αὐτότελε ΠΡΑΞΕΙΣ καὶ ΘΑΤΜΑΤΑ, διὸ εἰδέχεται ΠΡΑΞΕΙΣ καὶ  
ΤΕΡΑΤΑ, καὶ ΔΥΝΑΜΕΙΣ. Ἀλλὰ πολλὴν εὔφορον τέτων ἐπα-  
τέρουν. ΠΡΑΞΕΙΣ μὲν δὲ ἐπι δικαιαστικῆς κατίθεσμα, ΘΑΤ-  
ΜΑ δὲ θεῖας δικαιοσύνης. ἔπειδεν τὸ μέτον ΠΡΑΞΕΩΝ  
καὶ ΘΑΤΜΑΤΟΣ; ΠΡΑΞΕΙΣ εἰσὶν αὐθεντικῶν ιδρύσιν συνί-  
λεσμα, ΘΑΤΜΑ ἐστι δεῖν φιλοπνίας ἐπιδεξία, ΠΡΑΞΕΙΣ ἐστι  
δὲ τῆς ἡμετέρης πεποίηστος τῆς ἀρχῆς ἐγκύρα ΘΑΤΜΑ ἐστιν  
τῆς Εὐθείας καὶ χάριτος τα πειθάματα λαμβάνον. ταῦτα μὲν τῆς αὐτ-

θε

illud hoc loco notandum obiter. I. Quod olim sub titulo  
HOC ΠΡΑΞΕΩΝ Ἀποστόλων libri fuerint venditati quam plu-  
rimi; ex. gr.

(a.) ΠΡΑ-

ΞΕΙΣ ρωμ., τὸ δὲ τοῦ κατώτεροῦ γράμμα. ΠΡΑΞΙΣ εἰς αὐτοτέ-  
γμα ὄφατεται, καὶ εἰς ὑμετέρας σπεδεῖς, καὶ εἰς δεῖς χάριτο-  
ς Τὸ ΘΑΤΥΜΑ γνωνός ὑπέβαντο τὴν αὐθεντίαν χάριν, καὶ τὸν  
ὑμετέραν ἀριστανταν δεκατον, ΠΡΑΞΙΣ ἐπι, ἐπικαὶ τοῦ, σωρε-  
τα, μέτετι, ὡρῆς περτερῶν, ἐπιδυναμα καλαγνικέσσι, ἐπηγορού-  
μενοις, φιλανθρωπίαις ἐπιθετοῦσι, ἀπαντα ἀκεῖν ἀγετά-  
&c. i. e. Non idem sunt ACTA & MIRACULA, non idem sunt ACTA & PRODIGIA & VIR-  
TUTES; sed nullum inter utraque est discrimen.  
ACTIO namque est opus proprie cuiusque dili-  
gentiae, MIRACULUM vero divini munera est beneficium.  
Vides quanta si inter ACTIONEM & MIRACU-  
LUM differentia. ACTIO est humanorum fudorum ef-  
fectus, MIRACULUM divinae liberalitatis est specimen:  
ACTIO à nostra voluntate ducit initium, MIRACULUM  
à gratia divina trahit originem, & hoc cœlestis est auxilii,  
illud humani est arbitrii. ACTIO ex utroque contex-  
tur, ex nostrâ diligentia, & ex gratia divinâ; MIRACU-  
LUM solam ostendit gratiam divinam, neque fudoribus  
nostris indiget. ACTIO est mansuetum esse, castum,  
modestum, iræ temperare, cupiditates subigere, largiri  
eleemosynas, benignitatem exhibere, omnem virtutem exer-  
cere, &c. Et paulo post hoc ipsum clarioribus verbis illustrat  
& probat Auctor Chrysost. cit. HOMIL. XLII. Tom. V.  
pag. 277. Idcirco ex eodem Auctore placet hæc addere,  
quod Lucas librum inscriperit Acta Apostolorum, non  
miracula, tametsi fecerant & Apostoli Miracula. Hac  
enim præterierunt, illa aitem omni tempore ab illis exhi-  
benda sunt, qui salutem sunt adepturi. Quid igitur non  
miracula, sed Acta Apostolorum nobis amulanda præcipue  
proponantur, propterea liber hic ita est inscriptus.

(a.) ΠΡΑΞΕΙΣ πέρι.

(b.) ΠΡΑΞΕΙΣ Παύλου.

(c.) ΠΡΑΞΕΙΣ Ἀνδρέων καὶ Ιωάννου καὶ Θωμᾶ ὁ εὐ. ὁ ε.

II. Quod præter [\*] Cerinthum quidam dicti (d.) SEVERIANI, (d.) ENCRATITÆ, item (e.) MANICHÆI historiam nostrorum ACTORUM Apostolicorum rejecerint.

## B. 2.

## §. XV.

- (a.) ACTORUM seu ἀρχέων Petri meminit, & eadem rejicit. Eusebius Histor. Eccles. Lib. III. Cap. III. pag. 21. A.
- (b.) Idem Eusebius loco modo laudato commemorat πράξεις seu ACTA Pauli, & pernegat, se ea inter minime dubia receperisse. Confer etiam Eusebium Histor. Eccles. Lib. III. Cap. XXV. pag. 28. A.
- (c.) De ACTIS Andree & Thomæ audias Epiphanius de Encratitis Heret. XLVII. pag. 174. Item Heret. LXI. pag. 220. de Apostolicis, qui erant Apotactici, ita de ACTIS Andree & Thomæ loquentem: Ταῦτα λογούμενα ΠΡΑΞΕΙΣΝ Ἀνδρέων καὶ Θωμᾶ τὸ πλήσιον ἐπεριβολαι, παρατάσσονται αὐτοῖς τῷ πλευρᾷ τῷ ἐκκλησιαστικῷ υπόδεχονται. i. c. ACTIS Andree & Thomæ appellatis ut plurimum nuntiantur, omnino alieni à Canonice Ecclesia existentes.

[\*] Vide Philastrium Heret. 36.

(d.) De SEVERIANIS & ENCRATITIS Eusebius Histor. Eccles. Lib. IV. Cap. XXVI. pag. 43. B. βαλεσθαινούσεις δὲ Πλαυδον τὸν Ἀπόστολον, ἀθετούσιν τῷ Επιστράτῳ, μηδὲ τῷ ΠΡΑΞΕΙΣ τὸν Ἀπόστολον καταδεχίζουσι, i. e. Calumniantes verò Paulum Apostolum, ejus epistolas rejiciunt, neque ACTA Apostolorum recipientes. Simile quid de istisdem Severian. & Encratit. testatus est Theodosius Heret. Fab. Lib. I. Cap. XXI. pag. 208. Τοῦ Προφῆτα τὸν ἴσογιαν εὑβάνθει. Id est ACTORUM historiam rejiciunt.

[e.] De MANICHÆIS Augustinus contra Adimant Cap. XVII. Manichæi eadem ACTA rejecerunt, quoniam manifeste continent adventum Paracleti h. e. Spiritus Sancti. Vide eundem Augustin. de utilitat. credendi Cap. III.

§. XV. Quod AUCTOREM nostrorum Actuum Apostolicorum propriè attinet, patet statim ex collatione *¶. I. Cap. I. Act. cum ¶. 3. Cap. I. Evangel. Luca* eundem neminem alium præter LUCAM fuisse, eundem scilicet, qui Evangelium scripsit. Nam qui ad *Theophilum* de doctrina & gestis Christi scripsit, idem etiam ACTA Apostolica consignavit. At illuc LUCAM fecisse, statim Evangelii ejus principium indicat. Nec dubium est, quin hic *Ἄγγελος διηγέσεως*, i. e. Liber *Actorum Apostolicorum* non diu post [f.] *Ἄγγελον τοῦ πατρὸς*, i. e. Evangelium fuerit scriptus. Nota etiam hunc sc. *Ἄγγελον διηγέσεως* eodem loco, quo *προφῆται*, nempe Alexandriae, esse scriptum, id quod [g.] *Interpretes Syriacus & Persicus*, ac Codices aliqui Græci in *ἰαπωνίᾳ* LUCÆ Evangelio subnexis recte animadverterunt. Huc enim venisse videretur LUCAS circa annum æra vulgar. sexagesimum tertium, quo Paulus, relictâ ROMA, ulteriora Italia loca petierat; ac quidem anno sequente conscripsisse Evangelium suum & ACTA Apostolorum.

§. XVI. Præcedit tamen Evangelium, & sequuntur ΠΡΑΞΕΙΣ τῶν ἀποστόλων: I. partim, quod Evangelii Lucæ sint pars altera sive *Ἄγγελος διηγέσεως*. II. partim quod in ACTIS Apostolicis effusio Spiritus sancti & prædicatio fidei per totum orbem, quarum hanc Dominus noster Salvator prædixerat, illamque in Evangelio promiserat, manifestè descripta, [b.] indequæ Historiæ Evangelicæ

veri.

[f.] *Actor. I. ¶. 1. vocat LUCAS Evangelium suum τὸν προφήταν*

[g.] *Joann. Millius in Prolegomen. Nov. Test. pag. XIV. B.*

[h.] *Tertul. l. 5. aduersus Marcion c. 2. inquit: Promissio Spiriti sancti non aliunde probatur exhibita, quam de instrumento ACTORUM.*

veritas haud parum sit confirmata. Num verò ACTA Apostolorum absque interpositione *Evangelii Joannis* annexata sint ipsi Evangelio LUCAE, quilibet ipso praecunte [i.] Erasmo Roterodamo dijudicare poterit: Cupiebam equidem, inquit, hunc librum [scil. I. ACTUUM AP. POSTOLICORUM] LUCAE cum priore [scil. Evangelio] coniungere, quandoquidem ille historiam Evangelicam duabus est complexus voluminibus, quorum utrumque ad eandem scripsit *Theophilum*, & posterius ausplicans prioris facit mentionem: Coeterum verebar, nè non ferendum videretur, Evangelia distrahere. Quamquam hæc historia quid aliud est, quam Evangelii pars, eaque, meo iudicio, non minima: Siquidem illuc describitur granum frumenti solo conditum, hic describitur enatum, suasque paulatim aperiens ac proferens opes.

§. XVII. Alias plures hoc spectantes disquisitiones criticas referre facile possemus: ex. gr. (k.) de parentibus Lucæ, de (l.) verâ nominis Lucæ originatione, de

B 3 (m.) appi-

[i.] Erasmo Roterodam. in ACT. Apost. Cap. I. v. 1.

[k.] Quibus parentibus Lucas natus sit, certè non constat. Eusebius Histor. Eccles. Lib. III. C. 4. existimat Lucam fuisse genere Antiochenum. H. Grotius in Luc. Evangel. Cap. I. Bibl. Crit. Tom. VI. pag. 234. dicit: Erat noster hic (scil. LUCAS) Syrus, ut veteres consentiunt.

[l.] Averræ s. Lucas inquit J. Drusius, non est nomen Ebraicum, ut quidam opinantur, sed Latinum, Græcō διονυσίου δetoratum à Lucius, utà Rufo Ποντιακός. J. Drus. Commentar. prior. ad voces N. Test. pag. 102. Idem sentit H. Grotius Bibl. Crit. Tom. VI. pag. 234. Cap. I. Evangel. Luc. Joan. Matth. Florin. fascicul. Exercit. Historico-philolog. IV. §. 1. pag. 54. 55.

14 ACTA APOSTOLORUM  
(m.) appisto Lucæ bove, de(n.) Luca Medico & (o.) ser-  
vo,

[m] Ger. Joan. Voss. *Etymolog. ling. Lat.*, pag. 295. in vocabu-  
lo LUCAS; Cum verò bos Lucas sit *elephantus*, ut vidimus,  
paràm scitè Baronius ad an. LVIII. censem mystici aliquid in  
eo esse, quod Romani sic appellariint bovem *Lucam*: nem-  
pe quia *Evangeliste Luca* typicè soleat appendi bos, ut sym-  
bolum sibi sacerdotii. Neque enim B. Lucæ *elephantus* ap-  
pingitur, neque iis sacerdotii symbolum. Ut mittam, quod non  
non aliâ de causa Romani sic vocârint *elephantum*, quâm  
quia animal id nondum noscent. At ubi notum, *elephantum*,  
non *bovem*, dixeré. Quare B. Luca tempore nemo  
sic vocabat *elephantum* ex vulgo, sed soli poëta interdum  
&c. *Vide ipsum Auctorem.*

[n.] Ex variis pugnantibus veterum traditionibus id ferè pro  
certo affirmare licet, *Lucam* fuisse *Medicum*, quod Coloss.  
IV. 14. afferit. *Vide H. Grot. Bibl. Crit. Tom. VI.* pag. 235.  
236. in *Evangel. Luca*. M. Joan. Reiskii *Exercitat. historic.*  
*de Imaginib. Iesu Christi.* *Exercitat. V. Cap. II. §. IV.* pag.  
128. 129. J. H. Heidegger. *Enchirid. Biblic. Lib. III.*  
*Cap. IV. §. III.* pag. 477. 478. *de Evangel. Luca.* Joan. Schutz.  
*apparat. nom. propri. biblic. Tom. II.* pag. 1357. in *vocab. Lucas.*  
Joan. Matth. Florin. *Exercit. historico-philolog. fascicul. Ex-*  
*ercitat. IV. §. III.* pag. 55. 56.

[o.] *H. Grotio* credibile videtur, *Lucam Medicinam*, quæ tum  
numeris erat servilis, inter Romanos tractâsse, ac postmo-  
dum libertate recepta, ad suos in patriam reversum, nomen  
quod gerit, ex *LUCILIO* Domino suo ascivisse: nam gens  
ea tum Rome florebat. Confer *Joan. Glandorp. Onomastic.*  
*histor. Roman.* pag. 551. 552. 553. 554. in *LUCILIIS*. *Vide quo-*  
*que citati Auctoris Grotii sententiam Cap. I. Evangel. Lu-*  
*ca. Item M. §. Reiskii de Imagin. Iesu Christi. Exercitat. V. Cap.*  
*II. §. IV.* pag. 128. 129.

vo, de (p.) Lucæ vita cœlibe ejusdem mortis (q.) genere & (r.) loco, (s.) de quæstione illa, an seilicer Lucas fuerit unus ex septuaginta Jesu Christi, Salvatoris nostri discipulis,

[p.] Hieronym. Catalog. Script. Eccl. Vixit Lucas, inquit, Hieronymus, octoginta & quatuor annos. NB. uxorem non habens. At quin in Græco catalogo, è regione positò, non occurrit verba illa posteriora, (scil. uxorem non habens) sibiit quosdam viros doctos multa suspicio, nec ea initio in Catalogo Latino exsistit, sed à quodam parum forsitan candido esse inserta: ut Romani sacerdotij cœlibatui species concilietur. Quasi verò exinde certè sequeretur: Lucas egit vitam cœlibem: ergo reliqui J. Christi ministri ad cœlibatum sunt obligati. Κανὼν! Baculus stat in angulo; ergo cras pluit. Plura upponeat in hac materia à foro nostro aliena non addo.

[q.] Nicephor. Lib. III. Cap. XLIII scribit Lucam ex oleæ arbore suspensum fuisse. Hieronymus prefat. in Act. Apost. & pref. in Luc. tradit Lucam decepsisse anno ætatis sue LXXXIV. Et idem affirmit, Lmcam anno LXXIV martyris adfectum fuisse. Ast forsitan erratum in numeris latere videatur.

[r.] De loco mortis Luca dissidentes Autatores in diversas abeunt partes: quidam enim, quibus assentitur Hieronymus, Lucam in Bithynia; alii, quibus annumerant Dorotheum, Lucam Ephesi evitæ excessisse, commemorare soleant, ad quorum scripta te, C.L. pace tua ablegamus. Theodorus Lector Lib. II. posteritati relinquunt, reliquias Luca Constantinopolim translatas fuisse. Confer quoque Centuriator. Magdeburgenses in Castig. in Cent. I. Denique cum J. Henr. Heideggero Enchirid. biblic. Lib. 3. Cap. 4. §. 3. Judicio Doctiss. Blondelli de Episc. pag. 185. subscribimus, incertum esse, ubi & quomodo Lucas mortem oppetierit.

[s.] Theophylactus Prefat. in Evangel. Luca, ut & alii, inter quos

pulis, itemque de reliquis [vide §. XII. in Pramonit.] vocabulis, scilic. de voc. (t.) Ἀγλω & (u.) Ἀποστόλων quæ quoque in libri nostri Canonici INSCRIPTIONE reperiuntur &c. &c. &c.; sed ne nimis prolixia in PRÆMONITIS nostris videamur, missis hisce ad ipsam textum sacrū ACTORUM APOSTOLICORUM ex antiquis Scriptoribus, maximè ex Patribus Ecclesiasticis, & Autoribus Classicis profanis Graeco-Romanis. B. c. D. illustrandum propius accedimus. (Vide in Pramonit. nostris § III. & § X. pag. 2. & 4.) Illa verò modò præmemorata & forsitan adhuc alia, de Luca quæ dicenda restabunt, alibi, εἰν ὁ Θεὸς διελθεὶς τῷ Καυματινῷ, in nostro Evangelio Lucæ illustrando lucem mox videbunt publicam.

quos Origenes, Hippolytus Martyr, Epiphanius, Euthymius affirmavit tenuerit sententiam scilicet *Lucam* inter LXX. discipulos fuisse. Negativam autem s. contrariam fovent Hieronymus, Tertullianus &c. Vid. *Proem. Comm. in Matth. Lib. IV. contr. Marcion.*

[t.] De vocabulo ἈΓΙΟΣ Act. Cap. I. v. 5, 8, 16. & de

[u.] Vocab. ἈΠΟΣΤΟΛΟΣ ibidem v. 26. differendidabitur occasio.

## FINIS PRÆMONITORUM. S. D. G.



## Corollaria & annexa Respondentis

**Q**uaritur, an Novum Testamentum Gracum ex profanis  
Anterioribus Gracis illustrari possit? Affirmatur.

**I.** Queritur, an Anna Latrōs, cuius injicitur mentio  
Coloss. IV. v. 14 sit Evangelista Lucas? Affirmatur.

**II.** Queritur, an Rhyicleison Graca invocandi formulā  
la gentilibus usitata hodie in ecclesiis Christianis locum  
habere absque blasphemiam queat? Affirmatur.

**IV.** Queritur, an Virtus secundum se considerata una  
sit? Affirmatur.

**V.** Queritur, an liceat in foro philosophico sub certo re-  
spectu supponere, nullum esse Deum; imò dubitare de Deo?  
Affirmatur.

**VI.** Queritur, an cum Cartesio philosophari sit libere  
philosophari? Affirmatur & negatur.

**P**Erge ita, Brüningſi, Parnassi Icandere culmen,  
Et cape quod defert, Phœbus Apollo decus.

Sic Patriæ laudem paries, sic gaudia patri,

Et Te promeritus condecorabit honos.

Felix inde Tuos latusque revise Penates,

Non decurunt ceptis præmia digna Tuis.

Paucula hac Auditori suo ut diligentissimo fit  
charissimo deproperabat

**GEORGIUS OTHO**, Græcæ & Oriental.

Lingg, nec non Poëſ. Prof. Ordin.

**C**armina, ne cesses, mi Brunings, edere diuers,

Cultum pierio pectore profer opus.

Heu! nescis forsan nostri fastidia ſecli,

Carpere quēis misérè carmina quisque ſolet.

Turba gravis paci, placidæque odiosa quieti,

Crede mihi, nimium nunc ſibi vana ſapit.

Est certè nemo rhonchus: iuvenatius f.

Tu

Tu tamen es meritus, rumpantur ut illa Momo,  
Carmina, mi Brunings, poscere jure tibi.  
Qui vultus ducit, nec perlegit ista lubenter,  
Omnibus invideat: non equidem invideo,  
Non equidem invideo; nec enim livescere fas est.  
Gratulor, ingenium non latuisse tuum.  
Miro, quando lego, miretur quisque legendō  
Hasce tuas chartas, quas tulit artis honos.  
Ante forces stantem celeres admittere famam,  
Nec pigeat studii præmia ferre tui.  
Victura post te per te quoque vivere chartæ  
Incipiant: cinerem gloria sera manet,  
Sed quis te nostri Marburgi pellit ab oris?  
Quem fugis? Anne fugis meque meanique domum?  
Haud fugis: est alius, quod teque tuumque reposcit.  
Bremaque noster amor, deliciumque vocat.  
Gratavia est: propria, nobis habitabitur orbis  
Marburgi, à Bremâ terra remota mea.  
Itamen! I felix, quoniam sic fata tulerunt!  
Ducas tranquillò candida vela salô!  
Vade salutatum pro me Bremensia testa,  
Dic mecum: vigeat Brema beata diu.  
Vivere me dicas salvum, memoremque Visurgis,  
Si quis, qui, quid agam, forte requirit, erit.  
Floreat ac claro cingatur Brema Senatu!  
Et superi auxiliò consiliisque juvent!  
*Ita Dn. Respond. de insigni edito specimine Academicò gratulatur*  
**J. C. SANTOROCUS,**  
Prof. & Pedagogearch.

---

"עשבו תבל" ב"ר" זכי חבל  
"ושמעו לקהל" ו"שננים מפולין" ואערוך בפניכם  
"חוכמי לב" נופת וחולב תחת לשוניכם  
"נעמת רכויז" ג"עמו אברוי ראו בעיניכם  
"ז' שׁו נאמר ז' יז' לנרכז כובח עמו  
כמעשה שלוחות הנדר רוחותך  
Doctissimo Dn. Respondenti pauca hac apposuit  
JOH. JACOBUS de LIERD, Noribergensis, Oppon. Ord.

7e 2511

ULB Halle  
002 379 813

3



7A30C

VD17 VD18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DISPUTATIO PRIMA,  
QUA  
ACTA  
S. APOSTOLORVM  
EX SCRIPTORIBUS ANTIQUIS,  
MAXIME PATRIBUS ECCLESIASTICIS,  
ET AUCTORIBUS CLASSICIS PROFANIS GRÆCO-  
ROMANIS ILLUSTRATA,

JOAN. CASP. SANTOROCCUS,  
Profess. Ordin. Antiquit. Græco-Romanarum, Pæ-  
dagogearcha, & p. t. Facult. Philos. Decan.

P R A S E S.

E-T  
JOANNES BRUNINGS, Bremanus,  
Studiof. Phil.,  
R E S P O N D E N S.

Publicæ & placide Dnn. Commilit. disquisitioni h. l. f.  
ad diem XXIX. Januar. MDCCXII.  
subjiciunt.

IN ACADEMIA MARBURGENSI,  
Typis JOHANNIS KURSNERI, Academ. Typographi.